

doivent absolument les legs dont cet enfant seroit chargé s'il vivoit.

127. *Le même au liv. unique du Droit des codicilles.*

Un oncle peut charger d'un fidéicommis le neveu qui doit lui naître après la mort de son frère déjà décédé, et qui par conséquent doit recueillir sa succession *ab intestat*. En effet, en matière de fidéicommis, on ne fait attention qu'à la volonté du défunt, et on suit le sentiment de Gallus, qui pense que les posthumes, même ceux qui ne doivent pas naître sous notre puissance, peuvent nous succéder *ab intestat*.

128. *Marcien au liv. 2 des Institutes.*

Si un tuteur épouse sa pupille contre la disposition des sénatus-consultes, elle est capable de recevoir par son testament. Il n'en est pas de même de lui par rapport au testament de sa femme; et ceci est fondé en raison : car ceux qui contractent des mariages illicites sont coupables, et ils doivent être punis. Mais on ne peut rien imputer à une femme qui a été trompée par son tuteur.

turus erat.

127. *Idem lib. singulari de Jure codicillorum.*

A fratris posthumo fideicommissum dari potest. Sola enim voluntas servatur in fideicommissis : et obtinuit Galli sententia, alienos quoque posthunos, legitimos nobis heredes fieri.

De posthumo alieno.

128. *Marcianus lib. 2 Institutionum.*

Si tutor pupillam suam contra senatus-consultum uxorem duxit, illa quidem ex testamento ejus capere potest : ipse autem non potest : et merito : delinquent enim hi, qui prohibitas nuptias contrahunt : et merito puniendi sunt. Quod imputari non potest mulieri, quæ à tutore decepta est.

Si tutor pupillam suam uxorem duxerit.

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM LIBER TRIGESIMUS PRIMUS.

DIGESTE OU PANDECTES, LIVRE TRENTE-UNIÈME.

(LIVRE DEUXIÈME.)

TRAITÉ DES LEGS

ET DES FIDÉICOMMIS.

1. *Ulpian au liv. 9 sur Sabin.*

ON peut conférer un legs à la volonté d'un tiers par forme de condition : car quelle différence y a-t-il entre un legs fait sous cette condition, si Titius monte au Capitole, et un legs fait sous celle-ci, s'il plaît à Titius?

1. Mais si on fait un legs à un pupille de l'un ou l'autre sexe sous cette condition, sises tuteurs le jugent à propos, ce legs est censé

(LIBER SECUNDUS.)

DE LEGATIS

ET FIDÉICOMMISSIS.

1. *Ulpianus lib. 9 ad Sabinum.*

IN arbitrium alterius conferri legatum, veluti conditio potest : quid enim interest, *Si Titius Capitolium ascenderit*, mihi legetur : an, *si voluerit* ?

De legato in arbitrium alterius collato.

§. 1. Sed cum ita legatum sit pupillo sive pupillæ, *Arbitrio tutorum*, neque conditio inest legato, neque mora : cum

placeat , in testamentis legatum in alterius arbitrium collatum , pro viri boni arbitrio accipi : quæ enim mora est in boni viri arbitrio , quod injectum legato velut certam quantitatem exprimit , pro viribus videlicet patrimonii ?

2. *Paulus lib. 75 ad Edictum.*

De numero legatorum.

Quoties nominatim plures res in legato exprimuntur , plura legata sunt. Si autem supellex , aut argentum , aut peculium , aut instrumentum legatum sit , unum legatum est.

3. *Idem lib. 4 ad Plautium.*

De conditione quæ est in potestate heredis.

Si ita legetur , *Heres dare damnas esto , si in Capitolium non ascenderit* : utile legatum est ; quamvis in potestate ejus sit ascendere , vel non ascendere.

4. *Idem lib. 8 ad Plautium.*

An possit pro parte repudiari , pro parte acquiri

Neminem ejusdem rei legata sibi partem velle , partem nolle , verius est.

5. *Idem lib. 7 Quæstionum.*

Sed duobus legatis relictis , unum quidem repudiare , alterum verò amplecti posse , respondetur.

§. 1. Sed si unum ex legatis onus habet , et hoc repellatur , non idem dicendum est. Pone eum , cui decem et Stichus legatus est , rogatum servum manumittere. Si Falcidia locum habet , ex decem utriusque legati quarta deducetur. Igitur , repudiato servo , non evitabitur onus deductionis , sed legatarius ex pecunia duas quartas relinquet.

6. *Idem lib. singulari ad Legem Falcidiam.*

Grege autem legato , non potest quædam sperni , quædam vindicari : quia non plura , sed unum legatum est. Idemque dicemus peculio legato , aut veste , aut argento , et similibus.

7. *Idem lib. 8 ad Plautium.*

Si unus ex ol-

Si Titio et ei , qui capere non potest , decem

n'avoir ni terme ni condition ; parce que , dans un testament , lorsqu'un legs se trouve conféré au jugement d'un tiers , il est censé remis à la prudence d'un homme sage ; et cette clause , à dire de prud'hommes , ajoutée à un legs , en fixe pour ainsi dire la quantité relativement aux forces de la succession.

2. *Paul au liv. 75 sur l'Edit.*

Lorsqu'on exprime en particulier plusieurs choses dans un legs , il y a plusieurs legs. Mais si on lègue une université de choses , comme les meubles meublans , l'argenterie , un pécule , il n'y a qu'un seul legs.

3. *Le même au liv. 4 sur Plautius.*

Un legs conçu de cette manière , je charge mon héritier , s'il ne monte pas au Capitole , de donner tant à un tel , est valable : quoique sa validité dépende de la volonté de l'héritier , qui est le maître de monter ou de ne pas monter au Capitole.

4. *Le même au liv. 8 sur Plautius.*

Il plus est probable qu'on ne peut pas accepter un legs en partie et le rejeter en partie.

5. *Le même au liv. 7 des Questions.*

Mais si on reçoit deux legs différens par le même testament , on peut accepter l'un et renoncer à l'autre.

1. Néanmoins , si de ces deux legs , celui qu'on rejette étoit chargé de quelque prestation de la part du légataire , il n'en seroit pas de même. Supposez , par exemple , qu'un testateur ait légué à quelqu'un une somme de dix et l'esclave Stichus , et qu'il ait prié d'affranchir cet esclave. S'il y a lieu à la Falcidie , l'héritier retirera le quart de chaque legs sur la somme de dix. Ainsi le légataire , renonçant au legs de l'esclave , ne pourra pas par-là se soustraire au droit qu'à l'héritier de déduire , et il n'en sera pas moins obligé à laisser prendre à l'héritier le quart de chacun des deux legs sur la somme de dix.

6. *Le même au liv. unique sur la Loi Falcidia.*

Quant au legs d'un troupeau , on ne peut pas en prendre une partie et rejeter l'autre ; parce qu'il n'y a pas plusieurs legs , mais un seul. Il en faut dire de même du legs d'un pécule , d'une garde-robe , de l'argenterie et autres choses semblables.

7. *Le même au liv. 8 sur Plautius.*

Si on lègue une somme de dix à Titius et à

à une autre personne incapable de recevoir par testament, l'héritier étant obligé de payer à tous les deux, et un se trouvant hors d'état de recevoir, il ne sera dû à Titius qu'une somme de cinq.

8. *Le même au liv. 9 sur Plautius.*

Un testateur lègue un esclave appartenant à son héritier ou à autrui; cet esclave est en fuite. L'héritier doit donner au légataire caution de le lui ramener: de manière que si l'esclave légué a pris la fuite du vivant du testateur, il doit être ramené aux frais du légataire; s'il a pris la fuite depuis la mort du testateur, il doit être ramené aux frais de l'héritier.

1. Si le testateur fait un legs en cette manière, je lègue à Sempronius une somme de dix, et s'il n'en veut pas, je lui lègue l'esclave Stichus, il y a deux legs; mais le légataire doit se contenter d'un seul.

2. Si un testateur fait un legs en cette manière: Je lègue à un tel dix mesures de vin de tel tonneau; quoiqu'il se trouve moins de dix mesures de vin de ce tonneau, le legs n'est pas pour cela éteint, mais le légataire prend ce qui se trouve.

3. S'il y a difficulté pour savoir à laquelle de deux personnes on doit remettre un legs, par exemple, si un legs est fait à Titius et qu'il se présente deux amis du testateur du même nom, qui tous deux demandent le legs; si l'héritier est prêt à payer le legs à l'un deux, et que tous deux offrent de défendre l'héritier l'un contre l'autre s'il étoit attaqué par celui à qui il n'auroit pas payé, l'héritier peut choisir celui à qui il paiera le legs, et qui le défendra contre l'autre.

4. Si un légataire se présente pour demander le legs qui lui a été fait, et qu'il s'en présente d'autres à qui le legs a pareillement été fait, et qui prétendent avoir été substitués à la place du premier, l'héritier offrant de payer, si tous deux veulent le défendre contre celui à qui il ne paiera pas, pourra choisir celui à qui il délivrera le legs et par qui il sera défendu contre les autres; mais si on ne voit pas dans ces deux demandeurs une mauvaise foi manifeste, il faudra payer à celui à qui la chose a été léguée en premier.

5. Si on lègue à quelqu'un une portion de sa succession, l'empereur Adrien a décidé qu'il

Tome IV.

decem legata sint: quia duobus heres legatariis capere dare damnatur, et unus capere non potest, quinque sola Titio dantur.

8. *Idem lib. 9 ad Plautium.*

Si quis servum heredis, vel alienum legaverit, et is fugisset, cautiones interponendæ sunt de reducendo eo: sed si quidem vivo testatore fugerit, expensis legatarii reducitur, si post mortem, sumptibus heredis.

§. 1. Si ita legetur, *Sempronio decem; aut, si noluerit, hominem Stichum lego*: hoc casu duo legata sint, sed uni contentus esse debet.

§. 2. Si quis legaverit *ex illo dolio amphoras decem*: etsi non decem, sed pauciores inveniri possint, non extinguitur legatum: sed hoc tantummodò accipit, quod invenitur.

§. 3. Si inter duos dubitetur de eodem legato, cui potius dari oportet, utputà si *Titio relictum est*, et duo ejusdem nominis amici testatoris veniant, et legatum petant, et heres solvere paratus sit, deinde ambo defendere heredem parati sint: eligere debere heredem, cui solvat, ut ab eo defendatur.

§. 4. Certam pecuniam legatam si et legatarius et substituti legatarii peterent, et heres solvere paratus sit: si ambo defendere heredem parati sint, eligere debet heres cui solvat, ut ab eo defendatur: et si neutrius manifesta calumnia videatur, ei potius solvendum, cui primùm legatum est.

§. 5. Si cui certam partem hereditatis legavero: divus Hadrianus rescripsit, ut

neque pretia manumissorum, neque funeris impensa deduceretur.

9. *Modestinus lib. 9 Regularum.*

Cum autem pars honorum ita legatur, bonorum meorum, quæ sunt, cum moriar: dos, et manumissorum pretia è medio deducenda sunt.

10. *Javolenus lib. 1 ex Plautio.*

Cum fundus nominatim legatus sit, si quid ei post testamentum factum adjectum est, id quoque legato cedit, etiam si illa verba adjecta non sint, qui meus erit: si modò testator eam partem non separatim possedit, sed universitati prioris fundi adjunxit.

11. *Pomponius lib. 7 ex Plautio.*

Statuliberum ab herede ne tunc quidem, cum dubia sit ejus ex testamento libertas, legatum sine libertate accipere posse Labeo ait: quia servus ejus esset. Sed si heres eandem conditionem legato inserat, quæ libertati à testatore data præposita fuerit, valet legatum. Nam et si, cum moreretur heres, servus liber esse jussus esset, rectè sine libertate ei ab herede legari posse constitit: quia supervacuum sit, ei libertatem dare, quam ex testamento heredis capturus non sit, sed ex testatoris habet.

supporteroit comme les héritiers les frais funéraires et la perte des esclaves affranchis.

9. *Modestin au liv. 9 des Règles.*

Mais si le legs n'est que d'une partie des biens du testateur, par exemple je lègue à un tel telle partie des biens qui m'appartiendront lors de ma mort, on commence par soustraire de la masse de la succession les dots promises par le testateur, et les sommes auxquelles doivent monter les esclaves affranchis par testament.

10. *Javolénus au liv. 1 sur Plautius.*

Lorsqu'un testateur a légué un fonds désigné par son nom, tous les accroissemens qu'a reçus le fonds depuis le testament font partie du legs, quand même le testateur ne se seroit pas servi de cette formule, le fonds qui m'appartiendra lors de ma mort; pourvu toutefois que le testateur n'ait point possédé ces accroissemens séparément du fonds, mais qu'au contraire il les y ait lui-même réunis.

11. *Pomponius au liv. 7 sur Plautius.*

Labéon pense qu'un esclave affranchi par testament sous une certaine condition, ne peut point, même pendant le temps où la liberté qui lui a été laissée est en suspens, c'est-à-dire avant l'événement ou le défaut de la condition, recevoir valablement un legs de l'héritier s'il n'en reçoit en même temps sa liberté; parce que, dans cet intervalle de temps, il est regardé comme l'esclave de l'héritier. Si cependant l'héritier donnoit dans son testament la liberté à cet esclave sous la même condition qu'elle lui a été laissée par le premier testament, le legs fait par l'héritier à cet esclave seroit valable. En effet, supposons que par le premier testament l'affranchissement de l'esclave ait été porté au temps de la mort de l'héritier, il n'y a point de doute que l'héritier pourroit lui faire valablement un legs sans lui donner la liberté; parce qu'il seroit inutile que l'héritier lui laissât la liberté par son testament, puisque ce ne seroit pas en vertu de sa disposition, mais en vertu de celle du premier testateur que l'esclave acqueroit sa liberté.

1. Je charge mon héritier de donner, à son choix, l'esclave Stichus ou l'esclave Pamphile à Titius, pourvu qu'il consomme son choix le jour de l'ouverture de mon testa-

De parte bonorum.

De accessione.

De statulibero.

De alternatione.

§. 1. *Stichum aut Pamphilum, utrum heres meus volet, Titio dato: dum utrum velit dare, eo die, quo testamentum meum recitatum erit, dicat. Si non dixerit heres*

ment. Si l'héritier ne fait pas son choix au jour marqué, je pense qu'il est obligé à donner l'un des deux esclaves au choix du légataire. Si l'héritier déclare au jour marqué qu'il entend donner l'esclave Stichus, cet esclave venant à mourir, il est déchargé du legs. Si l'un des deux esclaves meurt avant que le legs commence à être dû, l'esclave survivant doit être fourni au légataire; et lorsque l'héritier aura une fois fait son choix, il ne pourra plus varier. Tel est aussi le sentiment de Julien.

12. *Paul au liv. 2 sur Vitellius.*

Si le testateur a légué une somme d'argent, et qu'il n'en laisse point, quoique d'ailleurs sa succession soit solvable, l'héritier est obligé de fournir cette somme d'argent ou en l'avançant du sien, ou en vendant les effets de la succession, ou enfin en la tirant d'où il lui plaira.

1. Un legs fait de cette manière, mon héritier donnera à sa mort une somme de dix à Lucius-Titius, est censé fait sous un terme incertain: c'est pourquoi il ne passera pas aux héritiers du légataire si celui-ci meurt du vivant de l'héritier.

13. *Pomponius au liv. 7 sur Plautius.*

Un testateur qui avoit deux débiteurs solidaires, savoir Titius et Mævius, a fait un legs en cette manière: Mon héritier donnera à Mævius ce qui m'est dû par Titius, et ce qui m'est dû par Mævius il le donnera à Séius. Par cette disposition l'héritier se trouve chargé; parce que, lorsqu'il aura cédé ses actions au débiteur Mævius contre son codébiteur solidaire Titius, il arrivera que Mævius se trouvera libéré de sa dette par le fait de l'héritier. Ainsi l'héritier sera personnellement obligé envers Séius.

1. Un testateur ayant un débiteur, a légué sa créance entière séparément à deux légataires. L'héritier est chargé d'acquitter le legs envers tous les deux: ce qu'il fera en cédant à l'un ses actions contre le débiteur, et en donnant à l'autre une pareille somme.

14. *Paul au liv. 4 sur Vitellius.*

Si un testateur lègue un esclave et donne à ce même esclave la liberté, la faveur de la liberté l'emporte sur le legs. Mais si le testateur, ayant affranchi son esclave dans la première partie de son testament, le lègue

Pamphilum, an Stichum dare malit, perinde obligatum eum esse puto, ac si Stichum aut Pamphilum dare damnatus esset, utrum legatarius elegerit. Si dixerit, se Stichum dare velle, Stichum mortuo, liberari eum. Si ante diem legati cedentem alter mortuus fuerit: alter qui supererit, in obligatione manebit. Cum autem semel dixerit heres, utrum dare velit, mutare sententiam non poterit: et ita et Juliano placuit.

12. *Paulus lib. 2 ad Vitellium.*

Si pecunia legata in bonis legantis non sit, solvendo tamen hereditas sit: heres pecuniam legatam dare compellitur, sive de suo, sive ex venditione rerum hereditariarum, sive unde voluerit.

De pecunia.

§. 1. Quod ita legatum est, Heres, cum morietur, Lucio Titio dato decem, cum incerta die legatum est, ad heredes legatarii non pertinet, si vivo herede decesserit.

De legato, cum heres morietur.

13. *Pomponius lib. 7 ex Plautio.*

Qui duos reos ejusdem pecuniæ habet, Titium atque Mævium, ita legavit: Quod mihi Titius debet, Mævio heres meus dato: quod Mævius debet Seio dato. His verbis onerat heredem: nam cum actiones suas heres Mævio præstiterit adversus Titium, videtur Mævius facto ejus liberatus esse: et idcirco Seio heres tenebitur.

De duobus reis.

§. 1. Si is, qui unum reum habebat, quod is sibi deberet, duobus insolidum separatim legasset, oneratur heres duobus satisfacere, uni actione cedendo, alteri pecuniam solvendo.

De eo quod testatori debetur

14. *Paulus lib. 4 ad Vitellium.*

Si idem servus et legatus, et liber esse jussus sit: favor libertatis prævalet. Sin autem et in posteriore scriptura legatus est, et evidens ademptio libertatis ostenditur: legatum propter defuncti voluntatem

Si servus legatus, et liber esse jussus sit.

tem prævalebit.

De servo alieno. §. 1. Servo alieno herede instituto, post mortem domini ejus, cui acquisita hereditas, et libertatem fideicommissariam dari posse constat.

15. *Celsus lib. 6 Digestorum.*

De alternatione. Si quis duobus heredibus institutis, ita legaverit : *Stichum aut decem heredes danto* : non potest alter heredum quinque, alter partem Stichi dare ; sed necesse est, utrumque aut Stichum totum, aut decem solvere.

16. *Paulus lib. 6 Digestorum.*

Si Titio aut Seio, *utri heres vellet*, legatum relictum est : heres alteri dando, ab utroque liberatur. Si neutri dat, uterque perinde petere potest, atque si ipsi soli legatum foret : nam ut stipulando duo rei constitui possunt, ita et testamento potest fieri.

17. *Marcellus lib. 10 Digestorum.*

De fideicom-
misso relicto à
legatario. Si quis Titio decem legaverit et rogaverit, *ut ea restituat Mævio*, Mæviusque fuerit mortuus : Titii comodo cedit, non heredis : nisi duntaxat ut ministrum Titium elegerit. Idem est, et si ponas usumfructum legatum.

Si uni ex libertis legatum sit, nec appareat cui.

§. 1. Si heres damnatus esset, decem uni ex libertis dare, et non constituerit cui daret : heres omnibus eadem decem præstare cogendus est.

18. *Celsus lib. 17 Digestorum.*

De re legatarii. Heredem meum ita tibi obligare possum, ut si quandoque ego moriar, tuus servus Stichus non erit, dare eum tibi damnas sit.

dans la seconde, et qu'on prouve évidemment qu'il a entendu lui ôter la liberté qu'il lui avoit donnée, le legs l'emportera sur la liberté, à cause de la volonté du testateur.

1. Lorsqu'on institue pour son héritier l'esclave d'autrui, il est certain qu'on peut lui laisser la liberté par fideicommiss pour en jouir après la mort de son maître, à qui il aura acquis cette succession.

15. *Celse au liv. 6 du Digeste.*

Si quelqu'un charge les deux héritiers qu'il a institués d'un legs en cette manière, mes héritiers donneront à un tel l'esclave Stichus ou une somme de dix, un héritier ne peut point offrir au légataire une somme de cinq, et l'autre la moitié dans l'esclave Stichus ; mais les deux héritiers doivent donner au légataire ou l'esclave en entier ou la somme de dix.

16. *Paul au liv. 6 du Digeste.*

Si un testateur charge son héritier d'un legs envers Titius ou envers Séius, à son choix, l'héritier en payant à l'un s'acquitte envers tous les deux. S'il ne paye ni à l'un ni à l'autre, tous deux ont droit de former la demande du legs contre lui, comme si le legs eût été fait à un seul : car, de même que par la stipulation un débiteur peut avoir deux créanciers solidaires, de même aussi un héritier peut être obligé en vertu d'un testament à deux légataires pour la même somme.

17. *Marcellus au liv. 10 du Digeste.*

Un testateur a légué à Titius une somme de dix, et l'a chargé de la remettre à Mævius. Mævius étant mort, Titius profite du legs, et non pas l'héritier ; à moins que Titius ne fût un simple ministre de la volonté du testateur pour faire passer la somme à Mævius. Il en sera de même dans le cas du legs d'usufruit.

1. Si un héritier est chargé de donner une somme de dix à un des affranchis du testateur, et qu'il soit mort sans avoir déterminé auquel il donneroit cette somme, son héritier sera obligé de la donner à tous les affranchis.

18. *Celse au liv. 17 du Digeste.*

Je puis charger mon héritier d'un legs en votre faveur, qui l'oblige à vous donner l'esclave Stichus, si au temps de ma mort cet esclave se trouve ne plus vous appartenir.

19. *Le même au liv. 18 du Digeste.*

Si le légataire à qui le testateur a laissé le choix de l'esclave Stichus ou de l'esclave Pamphile, forme la demande de l'esclave Stichus croyant que le testateur ne lui avoit légué que celui-là, il ne peut plus changer l'objet de sa demande; de même qu'un héritier qui auroit été chargé de donner un de ces deux esclaves, et qui auroit fourni l'esclave Stichus, ignorant qu'il lui étoit permis de fournir l'esclave Pamphile, ne pourroit rien redemander au légataire à cet égard.

20. *Le même au liv. 19 du Digeste.*

Je tiens de mon père un sentiment, qui étoit aussi celui de Proculus : c'est que dans le cas où on fait un legs à un esclave commun, si l'un des maîtres renonce au legs, sa portion n'accroît pas à l'autre ; parce que ces deux maîtres ne sont pas réunis pour le même legs. Mais on est censé leur avoir légué à chacun une portion de la chose : car si ces deux maîtres formoient la demande du legs, ils n'auroient chacun dans le legs que la même portion qu'ils ont dans l'esclave.

21. *Le même au liv. 20 du Digeste.*

Un testateur qui avoit rendu à sa femme la dot qu'il en avoit reçue, a voulu lui léguer une somme de quarante, et quoiqu'il sût parfaitement qu'il lui avoit rendu sa dot, néanmoins il lui a légué cette somme, sous prétexte qu'elle faisoit partie de la restitution de sa dot. Je pense que le legs de la somme de quarante est dû : car, quoique le terme de restitution dont le testateur s'est servi signifie par lui-même la remise d'une chose qu'on a reçue autrefois, il peut cependant aussi se prendre pour le terme de libéralité.

22. *Le même au liv. 21 du Digeste.*

Lucius Titius a laissé dans son testament à Publius Mævius une charge qu'il avoit dans les armées, ou la somme qui proviendrait de la vente de cette charge avec tous ses avantages. Mais ayant survécu à son testament, il a lui-même vendu cette charge, et après en avoir reçu le prix il l'a donné à celui à qui il avoit légué cette charge ou le prix qui en résulteroit. Lucius Titius étant mort, le légataire Publius Mævius actionne ses héritiers pour les forcer à lui donner cette charge, ou la valeur. Celse : Je pense

19. *Idem lib. 18 Digestorum.*

Si is cui legatus sit Stichus, aut Pamphilus, cum Stichus sibi legatum putaret, vindicaverit : amplius mutandæ vindicationis jus non habet : tanquam si damnatus heres alterutrum dare, Stichum dederit, cum ignoret sibi permissum, vel Pamphilum dare, nihil repetere possit.

De alternatione.

20. *Idem lib. 19 Digestorum.*

Et Proculo placebat, et à patre sic accipi, quod servo communi legatum sit, si alter dominorum omitteret, alteri non adcrecere. Non enim conjunctim, sed partes legatas : nam ambo si vindicarent, eam quemque legati partem habiturum, quam in servo haberet.

De servo communi è jure accrescendi.

21. *Idem lib. 20 Digestorum.*

Cum quidam uxori suæ dotem reddidisset, quadraginta ei legare voluisset, et quanquam sciret dotem redditam, hoc tamen prætextu usus esset, quasi dotis reddendæ nomine eam summam legaret : existimo, deberi quadraginta. Etenim reddendi verbum, quanquam significationem habeat retrò dandi, recipit tamen et per se dandi significationem.

De dote, de verbo reddere.

22. *Idem lib. 21 Digestorum.*

Lucius Titius, in testamento suo, Publius Mævio militiam suam reliquit, sive pecuniam ejus, quæcunque redigi ex venditione ejus potuerit, cum suis commodis. Sed cum supervixit testamento Lucius Titius, militiam vendidit, et pretium exegit, et dedit ei cui illam militiam, vel pretium ejus testamento dari voluerit. Post mortem Lucii Titii iterum Publius Mævius vel militiam vel pretium ejus ab heredibus Lucii Titii exigebat. Celsus : Existimo pretium militiæ præstari

Si testator rem legatam, aut ejus partem legatario solverit.

non oportere, nisi legatarius ostenderit, testatorem, et post factam solutionem, iterum eum pretium militiæ accipere voluisse. Quòd si non totum pretium militiæ, sed partem vivus testator legatario dedit, reliqui superesse exactionem: nisi heres et ab hoc decessisse testatorem ostenderit: onus enim probandi mutata esse defuncti voluntatem, ad eum pertinet, qui fideicommissum recusat.

23. *Marcellus lib. 13 Digestorum.*

De alternatio-
ne. De usufructu
rei legatæ.

Lucio Titio fundum Seianum, vel usumfructum fundi Seiani lego. Potest legatarius vel fundum vindicare, vel fructum: quod facere non potest is cui tantum fundus legatus est.

24. *Ulpianus lib. 2 Fideicommissorum.*

De legato in
voluntatem here-
dis collato.

Cum quidam ita fideicommissum reliquisset, *rogo restituas libertis meis quibus voles*: Marcellus putavit, posse heredem et indignum præferre. At si ita, *his quos dignos putaveris*: petere posse ait eos, qui non offenderint. Idem ait, si neminem eligat, omnes ad petitionem fideicommissi admitti videri, quasi jam præsentis die datum, cum sic relinquatur, *quibus voles*, nec ulli offerat. Planè, si cæteri defuncti sunt, superstiti dandum, vel heredi ejus, si prius quam peteret, decessit. Scævola autem notat: Si omnes petere potuerunt, cum nulli offeratur, cur non et qui decesserunt, ad heredem transmiserunt? Utique, si uno petente jam eligere non potest, cui det? Videtur enim Marcellus, cum fideicommissum ita relinquatur, *ex libertis cui volueris*, arbitrari, nisi offerat, cui heres velit, et statim offerat, sine aliquo scilicet intervallo, statim competere omnibus petitionem. Cum igitur omnibus competat, merito notatus est, cur superstiti soli putet dandum: nisi forte antequam justum tempus prætereat, quo potuit eligere, cui potius offerat, cæteri decesserint.

que les héritiers ne sont pas obligés de fournir au légataire la valeur de la charge, à moins que celui-ci ne prouve que le testateur, après la lui avoir payée, a voulu qu'il la touchât une seconde fois. Néanmoins si le testateur n'a pas donné de son vivant au légataire le prix entier de la charge, mais seulement une partie, le légataire a action pour demander le reste; à moins que l'héritier ne prouve que le testateur en donnant au légataire une partie du prix, a voulu annuler le legs: car c'est celui qui refuse le fideicommiss qui est chargé de prouver que le testateur a changé de volonté.

23. *Marcellus au liv. 13 du Digeste.*

Je lègue à Lucius-Titius le fonds Séien, ou l'usufruit de ce même fonds. Le légataire peut à son choix demander la propriété ou l'usufruit du fonds: ce qu'il ne pourroit pas faire si on ne lui en eût légué que la nue propriété.

24. *Ulpien au liv. 2 des Fideicommiss.*

Dans le cas où un testateur a laissé un fideicommiss en cette manière, je charge mon héritier de donner telle chose à tel de mes affranchis qu'il voudra, Marcellus pense que l'héritier peut préférer même un affranchi qui se seroit rendu indigne de la libéralité du testateur. Au lieu que si le testateur avoit dit, à ceux de mes affranchis qu'il en jugera dignes, il n'y a, suivant le même jurisconsulte, que ceux qui n'ont pas démerité du testateur qui puissent se présenter pour demander le fideicommiss. Marcellus dit encore que dans la même espèce, si l'héritier ne fait pas de choix, tous les affranchis sont admis à former la demande du fideicommiss; parce que, si l'héritier n'offre le fideicommiss à personne, ces paroles, ceux qu'il voudra, paroissent devoir signifier que le fideicommiss est fait à tous. Si les affranchis sont morts, et qu'il n'en reste qu'un seul, le fideicommiss doit de nécessité lui être donné, ou à son héritier s'il meurt avant d'en avoir formé la demande. Sur quoi Scévola fait la remarque suivante: Si, lorsque l'héritier n'offre le fideicommiss à personne, tous les affranchis peuvent en former la demande, pourquoi ne pas dire que ceux qui sont morts ont transmis leurs droits à leur héritier, surtout puisque dans ce cas un seul des affranchis formant la demande, l'héritier n'a plus

la liberté du choix? En effet, il paroît que Marcellus pense que dans le cas où le fidéicommis a été laissé de cette manière, à tel de mes affranchis que mon héritier choisira, l'héritier ne faisant point offre du fidéicommis à celui qu'il veut qualifier à l'instant et sans aucun délai, tous les autres sont aussitôt bien fondés à former la demande des legs. Ainsi, puisque tous ont droit de former cette demande, c'est avec raison que Scévola reprend Marcellus, pour avoir avancé que le fidéicommis seroit dû au survivant des affranchis; à moins toutefois que les affranchis ne soient morts avant l'échéance du délai qu'il est juste de donner à l'héritier pour faire son choix.

25. *Marcellus au liv. 25 du Digeste.*

Si cependant quelques-uns des affranchis étant absens, ceux qui sont présens demandent le fidéicommis qui est laissé par le testateur, sans fixer aucun terme, on statuera sur leur demande en connoissance de cause, et on examinera si les affranchis absens ne sont pas aussi dans le cas de former la même demande.

26. *Le même au liv. 16 du Digeste.*

Un testateur qui avoit la nue propriété d'un esclave, a institué pour son héritier celui qui en avoit l'usufruit, et a légué l'esclave à quelqu'un. Si le légataire forme la demande de l'esclave sans vouloir en distraire l'usufruit au profit de l'héritier, celui-ci ne peut pas lui opposer l'exception de la mauvaise foi.

27. *Celse au liv. 34 du Digeste.*

Si un testateur lègue telle chose ou telle autre, il n'y a qu'un seul legs. S'il lègue une chose sous une condition et une autre sous une condition contraire, je pense encore qu'il n'y a qu'un seul legs. Peu importe qu'il ait chargé différens héritiers de ce legs, ou qu'il l'ait laissé à différentes personnes; par exemple s'il s'agit d'un legs fait en cette manière: Si Nerva est consul, je charge mon héritier Titius de donner à Attius tel fonds; si Nerva n'est pas consul, je charge mon héritier Séius de donner à Mævius une somme de cent.

28. *Marcellus au liv. 29 du Digeste.*

Le patron institué par son affranchi, seulement pour la portion qui lui est déferée par la loi, ne peut point être chargé d'un fidéi-

25. *Marcellus lib. 25 Digestorum.*

Si tamen, quibusdam absentibus præsentibus petent, cum præsentibus die relictum sit fideicommissum, causa cognita statuendum est, explorandumque an et alii sint petitori.

26. *Idem lib. 16 Digestorum.*

Is cujus in servo proprietas erat, usufructuario herede instituto, alicui eum servum legavit. Non potest heres doli mali exceptione uti, si legatarius vindicare servum vellet non relicto heredi usufructu.

De usufructu rei legatæ.

27. *Celsus lib. 34 Digestorum.*

Si illud aut illud legatum sit, unum legatum est. Si sub contrariis conditionibus aliud atque aliud legatum est, unum legatum esse arbitramur: neque refert, et heredum, et eorum, quibus legatum est, diversas personas esse: veluti si ita legatum est, si Nerva consul factus erit, Titius heres Attio fundum: si non erit Nerva consul factus, Seius heres Mævio centum dato.

De alternativis.

28. *Marcellus lib. 29 Digestorum.*

Cum patronus ex debita parte institutus, fideicommissum relictum ab eo præstare non cogitur: si omiserit institutionem,

De parte debita patrono.

qui eam partem vindicant, utrùm eodem modo retinere, an verò præstare debeant fideicommissum? Et magis est deberi fideicommissum: quoniam quòd illius personæ præstaretur, hoc nequaquam ad alium pertinere deberet.

29. *Celsus lib. 36 Digestorum.*

Si legatarius oneratus fideicommissis, non accipiat legatum.

Pater meus referebat, cùm esset in consilio Duceni Veri consulis, itum in sententiam suam: ut cum Otacilius Catulus, filia ex asse herede instituta, liberto ducenta legasset, petissetque ab eo, ut ea concubinæ ipsius daret, et libertus, vivo testatore, decessisset: et quod ei relictum erat, apud filiam remansisset, cogeret filia id fideicommissum concubinæ reddere.

De relictis ab herede qui non adivit.

§. 1. Quod alicujus heredis nominatum fidei committitur, potest videri ita demum dari voluisse, si ille extitisset heres.

§. 2. Si filio heredi pars ejus, à quo nominatum legatum est, ad crescit: non præstabit legatum, quod jure antiquo capit.

30. *Idem lib. 37 Digestorum.*

De relicto in tutelam viæ non adscripta certa quantitate.

Quidam in testamento ita scripsit: *Reipublicæ Graviscaurorum lego in tutelam viæ reficiendæ, quæ est in colonia eorum, usque ad viam Aureliam.* Quæsitum est, an hoc legatum valeat? Juventius Celsus respondit: Propemodùm quidem imperfecta est hæc scriptura, *in tutelam Aureliæ viæ*: quia summa adscripta non est. Potest tamen videri tanta summa legata, quanta ei rei sufficeret: si modò non apparet, aliam fuisse defuncti voluntatem, aut ex magnitudine ejus pecuniæ, aut ex mediocritate facultatum, quam testatrix reliquit. Tunc enim officio judicis, secundùm æstimationem patrimonii, et legati quantitas definiri potest.

commis. Mais si on suppose que le patron renonce à l'institution qui est faite de sa personne pour cette portion, ceux à qui elle passera la garderont-ils avec le même privilège qu'auroit eu le patron, ou seront-ils obligés d'acquitter le fideicommiss? Il est plus probable qu'ils devront acquitter le fideicommiss, parce que ce privilège étant personnel au patron, il ne doit pas passer à d'autres.

29. *Celse au liv. 36 du Digeste.*

J'ai entendu dire à mon père qu'étant au conseil du consul Ducenus-Vérus, son avis l'avoit emporté dans la décision de la cause suivante: Otacilius-Catulus avoit institué sa fille héritière pour le tout; il avoit légué à son affranchi une somme de cent, et il l'avoit chargé de donner cette somme à sa concubine; l'affranchi étoit mort du vivant du testateur, en sorte que le legs qui lui avoit été fait étoit demeuré à la fille héritière. Mon père étoit d'avis que la fille héritière devoit donner le fideicommiss à la concubine de son père.

1. Lorsqu'un testateur charge nommément un de ses héritiers d'un fideicommiss, il est censé n'avoir voulu que ce fideicommiss fût acquitté qu'autant que l'héritier qu'il en a chargé recueillerait sa succession.

2. Si le fils institué en partie gagne par droit d'accroissement la portion de son cohéritier qui a renoncé, et qui étoit chargé nommément d'un legs, il ne devra pas pour cela ce legs, qui même, suivant le droit ancien, devenoit en ce cas caduc.

30. *Le même au liv. 37 du Digeste.*

Un testateur a fait dans son testament la disposition suivante: Je laisse à la république des Graviscains pour les dépenses nécessaires aux réparations d'un chemin qui commence à la colonie des Graviscains et s'étend jusqu'à la voie Aurélia. On a demandé si ce legs étoit valable? Juventius-Celse a répondu: Cette disposition a quelque chose d'imparfait dans ces termes, pour la réparation du chemin, parce que la somme n'est pas fixée. On peut cependant dire que le legs a pour objet une somme suffisante pour ces réparations, à moins qu'on ne prouve par l'énormité des dépenses nécessaires pour ces réparations, et par la médiocrité de la fortune qu'a laissée le testateur, qu'il n'a pas pu

pu avoir cette intention. Alors c'est au juge à arbitrer quelle doit être la quantité de ce legs, relativement aux forces de la succession.

31. *Modestin au liv. 1 des Règles.*

Si quelqu'un lègue sous la condition d'être affranchis des esclaves qu'il ne pouvoit pas affranchir lui-même, le legs et les libertés données sont nuls.

32. *Le même au liv. 9 des Règles.*

Tout ce qui est laissé dans un testament sans terme fixé et sans condition, doit être délivré par l'héritier du jour de l'acceptation de la succession.

1. Si le légataire s'empare du fonds qui lui est légué sous condition avant l'événement de la condition, et qu'il ne tienne pas ce fonds de l'héritier, celui-ci peut le revendiquer sur lui avec les fruits.

2. Un legs conçu en cette manière, de plus je donne à un tel un tel fonds avec tout ce qui se trouvera dedans, comprend aussi les esclaves qui sont dans le fonds.

3. Si un testateur fait un legs en cette manière, je lègue tout ce qui est dans mon grenier, et que le légataire ait à son insu porté dans ce grenier des choses qui n'étoient pas léguées, ces choses ne seront pas censées comprises dans le legs.

4. Lorsqu'un testateur a chargé un légataire de remettre son legs à un autre, le légataire étant mort avant l'échéance du legs, l'héritier doit l'acquitter.

5. Lorsqu'on a légué des choses qu'on a spécialement désignées, et que, sans aucune faute de la part de l'héritier, elles ne se trouvent plus, le légataire n'a point d'action en vertu du testament pour les demander.

6. Si un testateur laisse un fidéicommiss à sa famille, on admet à demander ce fidéicommiss ceux que le testateur a expressément nommés; ou si tous sont morts, on y appelle ceux qui portoient le nom du testateur lors de sa mort, et leurs enfans du premier degré; à moins que le testateur n'ait voulu spécialement étendre sa libéralité aux autres degrés.

33. *Le même au liv. 9 des Réponses* dit:

Le légataire a action pour demander son legs contre chacun des héritiers pour sa portion héréditaire, et les cohéritiers ne doivent point être chargés du legs pour ceux qui sont insolubles.

Tome IV.

51. *Modestinus lib. 1 Regularum.*

Si quis, quos non poterit manumittere, legavit, ut manumitterentur: nec legatum, nec libertas valet.

De his qui manumitti non possunt, legatis ut manumittantur.

32. *Idem lib. 9 Regularum.*

Omnia quæ testamentis sine die vel conditione adscribuntur, ex die aditæ hereditatis præsentur.

Relictum quando præstari debet.

§. 1. Fundum ante conditionem completam ab herede non traditum, sed à legatario detentum, heres vindicare cum fructibus poterit.

De fundo detento à legatario ante conditionem impletam.

§. 2. Cùm ita legatur, *illi hoc amplius fundum illum cum omnibus rebus, quæ in eodem fundo erunt*, mancipia quoque continentur.

De his quæ in fundo erunt.

§. 3. Cùm ita legatur, *quidquid in horreo meo erit*: et is cui legatum est, ex rebus non legatis, ignorante eo, ampliandi legati sui gratia in horreum intulerit: quod illatum est, non videtur esse legatum.

De legato, quidquid in horreo erit. De herede legatarii fideicommisso relicto familiæ.

§. 4. Quod à legatario petatum erat, *ut alii restitueret*: si legatarius decedat, heres quoque ejus id, quod legatum est, præstare debet.

§. 5. Species nominatim legatæ, si non reperiantur, nec dolo heredis deesse probentur: peti ex eodem testamento non possunt.

§. 6. In fideicommisso, quod *familiæ* relinquitur, hi ad petitionem ejus admitti possunt, qui nominati sunt: aut post omnes eos extinctos, qui ex nomine defuncti fuerint eo tempore, quo testator moreretur, et qui ex his primo gradu procreati sint: nisi specialiter defunctus ad ulteriores voluntatem suam extenderit.

33. *Idem lib. 9 Responsorum* respondit:

Legatorum petitio adversus heredes pro partibus hereditariis competit: nec pro his, qui solvendo non sunt, onerari coheredes oportet.

Qui et pro qua parte præstant legata.

§. 1. Qui plures heredes instituit testamento, à quibusdam nominatim reliquit legata : postea codicillos ad omnes heredes scripsit. Quæro, quæ legata debeantur? Modestinus respondit, cum manifestè testator testamento expresserit, à quibus heredibus legata præstari vellet : licet codicillos ad omnes scripserit, apparet tamen ea quæ codicillis dedit, ab his præstanda esse, quos munere fungi debere testamento suo ostendit testator.

34. *Idem lib. 10 Responsorum.*

De fideicom-
misso, peto. ut
servum tuum
manumittas cum
tot capita servo-
rum tibi in co-
dicillis legavero.

Titia, cum testamento facta decederet, heredibus institutis Mævia et Sempronio filiis suis ex æquis partibus, petiit à Mævia, ut Stichum servum suum manumitteret, in hæc verba: *A te autem, Mævia filia carissima, peto, ut Stichum servum tuum manumittas, cum in ministerio tuo tot capita servorum tibi his codicillis legavero : nec legavit. Quæro, quid his verbis relictum videatur? Cum ut supra cautum est, duobus heredibus institutis defunctam testatricem, et mancipia hereditaria duarum personarum fuisse, et codicillis nihil relictum sit de præstandis mancipiis, nec possit utile fideicommissum putari, quod datum non sit, cum legasse se dixerit, nec adjecerit legati speciem, nec ab herede, uti præstarentur mancipia, petierit. Modestinus respondit, ex verbis consultationi insertis Mæviam neque legati, neque fideicommissi petitionem habere, neque libertatem servo suo dare compelli.*

De heredibus
jussis accipere à
semetipsis.

§. 1. Lucius Titius in testamento suo ita cavit : *Οκταβιάνη Στρατονίκη ἢ τῆ γλυκυτάτῃ με θυγατρὶ χαίρειν. Βέλομαι αὐτὴν παρ' ἑαυτῆς λαβεῖν χωρὶόν Γάζαν σὺν ταῖς ἐνθήκαις αὐτῆς πάσαις. Οκταβιάνη Ἄλεξάνδρῳ τῷ γλυκυτάτῳ με υἱῷ. Εξαίρετον βέλομαι αὐτὸν παρ' ἑαυτῆ λαβεῖν σύγκλησιν ἀγωνοφόρον Κομίανον, σὺν αἰσ' ἔχει ἐνθήκαις πάσαις. Id est, Octavianæ Stratonice dulcissimæ filice meæ salutem. Volo eam à se ipsa accipere villam Gazam cum*

1. Un testateur ayant institué plusieurs héritiers, a chargé nommément quelques-uns d'eux des legs. Ensuite il a fait un codicille dans lequel il adresse la parole à tous les héritiers. On a demandé quels héritiers seroient chargés des legs? Modestin répond, lorsque le testateur ayant marqué expressément dans son testament quels héritiers seroient chargés des legs, quoique dans son codicille il s'adresse à tous ses héritiers, on voit néanmoins que les legs faits dans le codicille doivent être acquittés par ceux à qui le testateur en a imposé la nécessité dans son testament.

34. *Le même au liv. 10 des Réponses.*

Titia en mourant a fait un testament dans lequel elle a institué pour ses héritiers Mævia et Sempronius, ses enfans, chacun par égales portions; elle a chargé Mævia d'affranchir son esclave Stichus en ces termes : Je vous charge, ma chère fille Mævia, d'affranchir votre esclave Stichus, puisque je vous lègue dans mon codicille tant d'esclaves pour vous servir. Elle n'a point véritablement légué ces esclaves. On demande ce que la testatrice est censée avoir légué par ces paroles? Car, comme on l'a dit plus haut, la testatrice avoit deux héritiers, par conséquent les esclaves de la succession appartenoient à deux personnes; dans le codicille il n'est point question de donner à la fille des esclaves, et on ne peut pas dire qu'un fidéicommiss puisse être utile quand il n'a pas été véritablement laissé : de plus la testatrice dit qu'elle a légué tant d'esclaves, et elle n'ajoute pas quels esclaves elle a légués; elle ne charge point son héritier de fournir ces esclaves. Modestin répond : Vu les termes insérés dans la consultation, Mævia ne peut demander ni legs ni fidéicommiss, mais d'un autre côté elle ne peut pas être forcée à affranchir son esclave.

1. Lucius-Titius a fait cette disposition dans son testament. A ma chère fille Octavienne Stratonice, salut : Je veux qu'elle tienne d'elle-même la métairie nommée Gaza avec tout ce qui est dessus. A mon cher fils Octavien Alexandre, salut : Je veux qu'il prélève pour lui sur ma succession toutes les terres qui ne sont d'aucun rapport, avec ce qui est dessus. On a demandé si par ces paroles le testateur étoit censé donner à chacun

des fonds entiers, ou seulement leurs portions héréditaires dans ces fonds, par la raison que ce seroit inutilement que le testateur les chargeroit envers eux-mêmes du legs d'une portion qu'ils ont déjà par leur institution? Modestin répond qu'on ne doit pas interpréter cette disposition de manière à annuler le fidéicommis. On demande encore, dans le cas où il sera décidé que le fonds appartient en entier à un des héritiers, s'il doit au moins rendre à l'autre, qui est aussi son cohéritier, le prix de la portion qu'il lui ôte: de manière que par la raison même que le testateur a voulu qu'il tint le fonds entier de lui-même et non de son cohéritier, il paroisse n'avoir voulu que le fonds lui appartint en entier qu'en rendant à son cohéritier le prix de sa portion? Modestin répond encore que le fidéicommissaire ne doit pas être forcé à payer à son cohéritier le prix de sa portion.

2. Lucia-Titia, mourant *intestat*, a chargé ses enfans, par fidéicommis, de donner une maison à l'esclave d'autrui. Après la mort de la mère, ses enfans, qui étoient aussi ses héritiers, ont partagé entre eux sa succession, et entr'autres effets la maison léguée; le maître de l'esclave fidéicommissaire a assisté à ce partage comme témoin. On demande si, par la raison qu'il a assisté à ce partage, il perd le droit qu'il avoit acquis par son esclave de demander le fidéicommis? Modestin a répondu qu'il ne perdoit pas son fidéicommis de plein droit, d'autant plus qu'il ne pouvoit pas même le répudier, et que les héritiers ne pourroient pas non plus l'écarter en lui opposant l'exception de la mauvaise foi, à moins qu'il ne soit très-évident qu'il a assisté au partage dans l'intention de perdre son fidéicommis.

5. Gaius-Séius ayant une maison à lui, a été demeurer dans un appartement appartenant à sa femme, et y a transporté différens effets qui étoient auparavant dans sa maison; il est mort long-temps après demeurant toujours chez sa femme, et il a fait un testament dans lequel il a institué pour ses héritiers sa femme et plusieurs autres. Ce testament, entr'autres choses, contenoit ces paroles: Sur-tout, mes héritiers doivent savoir que je n'ai chez ma femme ni argent comptant ni aucuns autres effets, ainsi je leur défends de l'inquiéter à ce sujet. Je

impositionibus suis omnibus. Octaviano Alexandro dulcissimo filio meo salutem. Præcipuum volo eum accipere synthesim sterilium villarum cum impositionibus suis. Quæro, an hujusmodi scriptura integrum prædium singulis datum esse videatur, an verò partem hereditariam duntaxat contineat: cum inutiliter à semetipso quemque eorum, quam habebat, partem accipere voluit? Modestinus respondit, non sic interpretandam scripturam, de qua quæritur, ut fideicommissum inutile fiat. Item quæro, si integrum prædium relictum esse videtur, an pretium portionis fratri et coheredi solvendum sit: ut hoc ipso, quòd à semetipso accipere præcepit, pretio illato integrum habere eum voluerit. Item respondit, ad solutionem pretii fideicommissarium minimè compellendum.

§. 2. Lucia Titia intestata moriens, à filijs suis per fideicommissum alieno servo domum reliquit. Post mortem, filij ejus, iidem qui heredes, cum dividerunt hereditatem matris, dividerunt etiam domum: in qua divisione dominus servi fideicommissarii quasi testis adfuit. Quæro, an fideicommissi persecutionem adquisitam sibi per servum, eò quòd interfuit divisioni, amisisse videatur? Modestinus respondit, fideicommissum ipso jure amissum non esse, quod ne repudiari quidem potest, sed nec per doli exceptionem summo veretur, nisi evidenter apparuerit, omittendi fideicommissi causa hoc eum fecisse.

De domino fideicommissarii, qui divisioni quasi testis interfuit.

§. 3. Gaius Seius, cum domum suam haberet, et in prætorio uxoris suæ transulisset, quasdam res de domo sua in eodem prætorio transtulit: ibique post multos dies decedens, testamento uxorem suam heredem et alios complures reliquit: quo testamento significavit verba, quæ infra scripta sunt: *In prius sciunt heredes mei, nullam pecuniam esse penes uxorem meam, sed nec aliud quidquam: idedque hoc nomine eam inquietari nolo.* Quæro, an ea, quæ vivo eo in prætorio uxoris ejus translata sunt, communi hereditati vindicentur.

De his quæ testator in prætorium uxoris transtulerat.

cari possunt; et an secundum verba testamenti præscribi coheredibus possit à parte uxoris defuncti? Modestinus respondit, si ea quæ in domum seu prætorium uxoris defunctus transtulit, præcipua ad eam pertinere voluit, nihil proponi, cur voluntate ipsius standum non sit. Necessè igitur habet mulier, talem voluntatem fuisse testatoris ostendere. Quod nisi fecerit, in hereditate mariti et hæc remanere oportet.

De conditione implenda.

§. 4. Si ea conditione liberto fideicommissum relictum est, *ne à filiis ejus recederet*: et per tutores factum est, quò minus conditionem impletet: iniquum est, eum, cum sit inculpatus, emolumento fideicommissi carere.

De dote filie relicta.

§. 5. Qui, invita filia, de dote egerat, decessit, eadem illa exheredata, filio herede instituto, et ab eo fideicommissum filie dotis nomine reliquit. Quæro, quantum à fratre mulier consequi debeat? Modestinus respondit: Quod in primis est, non esse consumptam de dote actionem mulieri, cum patri suo non consenserit, utique non ignoras. Sic enim res explicatur, ut si quidem major quantitas in priore dote fuit, illius petitione sit tantummodò mulier contenta: quòd si in summa dotis nomine legata amplius sit, quàm in dote principali, compensatio fiat usque ad eandem summam, quæ concurrat; et id tantummodò, quod excedit in sequenti summa, ex testamento consequatur. Non est enim verisimile, patrem duplici præstatione dotis filium eundemque heredem onerare voluisse, præterea cum putaverit se efficaciter, licèt non consentiente filia, instituisse adversus generum de dote actionem.

§. 1. Duorum testamentis pars fundi, quæ Mævii est, Titio legata est. Non iueleganter probatum est, ab uno herede soluta parte fundi, quæ Mævii fuit, ex alio testamento liberationem obtingere; neque postea parte alienata revocari actionem semel extinctam.

De eadem re duobus testamentis legata.

§. 2. Sed si pars fundi simpliciter, non quæ Mævii fuit, legetur, solutio prior non peremit alteram actionem : atque etiam hanc eandem partem aliquo modo suam factam poterit alter heres solvere : neque plures in uno fundo dominium juris intellectu, non divisione corporis obtinent.

§. 3. Non idem respondetur, cum duobus testamentis generatim homo legatur : nam qui, solvente altero, legatarii factus est, quamvis postea sit alienatus, ab altero herede idem solvi non poterit. Eademque ratio stipulationis est. Hominis enim lega-

tum, orationis compendio singulos homines continet, ut quæ ab initio non consistit in his, qui legatarii fuerunt, ita frustra solvitur cujus dominium postea legatarius adeptus est, tametsi dominus esse desinit.

Si heres sepelierit in loco legato.

§. 4. In fundo legato si heres sepelierit, æstimatio referenda erit ad totum pretium fundi, quo potuit ante sepulturam æstimari. Quare, si fuerit solutus, actionem adhuc ex testamento propter locum alienatum durare, rationis est.

De re legata in testamento et in codicillis.

§. 5. Eum qui ab uno ex heredibus, qui solus oneratus fuerat, litis æstimationem legatae rei abstulit, postea codicillis apertis ab omnibus heredibus ejusdem rei relictæ dixi dominium non quærere. Eum enim, qui pluribus speciebus juris uteretur, non sæpiùs eandem rem eidem legare, sed loqui sæpiùs.

De usufructu, et servitutibus fundi legati, et cæteris præstationibus.

§. 6. Fundo legato, si usufructus alienus sit, nihilominus petendus est ab herede. Usufructus enim, etsi in jure non in parte consistit, emolumentum tamen rei continet. Enimverò fundo relicto, ob reliquas præstationes, quæ legatum sequantur, agetur: verbi gratia, si fundus pignori datus, vel aliena possessio sit. Non idem placuit de cæteris servitutibus. Sin autem res mea legetur mihi, legatum propter istas causas non valebit.

taire, le second héritier ne pourra être forcé à fournir ce même esclave, quand même le légataire l'auroit aliéné après l'avoir reçu. Il en est de même dans la stipulation. Car le legs d'un esclave en général doit toujours s'entendre du legs d'un esclave en particulier; en sorte que, comme un legs ne seroit pas valable dans son principe s'il avoit pour objet une chose appartenante au légataire, de même aussi on ne peut être obligé à fournir au légataire une chose dont il a acquis la propriété depuis le testament, quoiqu'il eût ensuite cessé d'avoir cette propriété.

4. Si l'héritier consacre à la religion un fonds légué en y enterrant un mort, il sera obligé d'en fournir l'estimation au légataire, eu égard à la valeur qu'avoit ce fonds avant d'être consacré à la religion. En conséquence, si l'héritier a livré au légataire ce fonds ainsi consacré à la religion, celui-ci conservera son action testamentaire contre lui à l'effet de se faire indemniser de ce qu'il perd à cause de l'aliénation du fonds faite par l'héritier qui l'a consacré à la religion.

5. Un légataire à qui un des héritiers étoit chargé de fournir une chose en a reçu de lui la valeur; ensuite on a produit un codicille où cette même chose paroissoit encore lui être léguée, et tous les héritiers chargés de la lui fournir. J'ai répondu que ce légataire ne pourroit pas demander une seconde fois cette même chose à tous les héritiers. En effet un testateur qui se sert de plusieurs manières pour constater sa disposition, n'est pas censé léguer plusieurs fois la même chose à la même personne, mais seulement parler plusieurs fois du même legs.

6. Si le testateur a légué la pleine propriété d'un fonds, quoique l'usufruit de ce fonds appartienne à quelqu'un, l'héritier sera cependant obligé de le fournir. Car, malgré que l'usufruit soit un droit incorporel plutôt qu'une partie du fonds, il contient cependant la perception des revenus du fonds. En effet, dans le cas du legs d'un fonds, le légataire a action contre l'héritier pour l'obliger à lui fournir tout ce qu'il doit avoir avec la propriété du fonds, et qu'il se trouveroit ne point avoir: comme si le fonds étoit hypothéqué, s'il étoit en la possession d'autrui. Il n'en est cependant pas de même des autres servitudes. Si un testateur me lègue ma

propre chose, le legs ne vaut pas, conformément aux raisons rapportées ci-dessus.

7. Lorsqu'on institue pour héritier un corps de ville, on peut le charger envers quelqu'un du legs de la nue propriété d'un fonds, de manière que le corps de ville s'en retienne l'usufruit; parce que, pouvant perdre cet usufruit par le non-usage, alors il retourneroit à la propriété.

67. *Le même au liv. 19 des Questions.*

Si un testateur a chargé son héritier par fidéicommis, de remettre une chose à sa mort à une personne de la famille de lui testateur, l'héritier doit choisir celui de la famille à qui il voudra remettre ce fidéicommis; mais après l'avoir choisi, il ne peut pas lui léguer utilement dans son testament ce même effet, qu'il a droit, au moyen de l'élection faite de sa personne, de demander en vertu d'un autre testament, c'est-à-dire de celui du premier testateur. Faut-il donc dire que ce legs est nul dès son principe, comme fait par un débiteur à son créancier, ou bien doit-on dire que comme l'héritier peut varier dans son choix, jusqu'à sa mort, celui qu'il a choisi ne doit pas être regardé comme créancier vis-à-vis de lui? Il faut décider que ce legs est nul: car, ou l'héritier persévérera dans son choix, auquel cas le legs paroitra fait d'un débiteur à son créancier, ou l'héritier fera un nouveau choix, auquel cas celui qu'il avoit choisi d'abord ne pourra demander la chose ni en vertu du premier testament ni en vertu du testament de l'héritier.

1. S'il y a lieu dans le testament de l'héritier à retrancher les legs pour la Falcidie, celui de la famille du testateur, que l'héritier aura choisi pour lui remettre le fidéicommis, ne souffrira pas ce retranchement, parce qu'il sera regardé comme prenant ce fidéicommis en vertu du premier testament. En effet la nécessité où a été l'héritier de choisir quelqu'un de la famille du testateur pour lui remettre ce fidéicommis, fait que celui qu'il a choisi n'est pas censé le tenir de sa libéralité. Car peut-on dire que quelqu'un laisse du sien, quand il ne laisse à un autre que ce qu'il est obligé de lui rendre?

2. Ainsi, supposons qu'il y eût trois parens de la famille du testateur du même degré ou en degrés différens, il suffira que

§. 7. *A municipibus heredibus scriptis, detracto usufructu, legari proprietas potest: quia non utendo possunt usumfructum amittere.*

De nuda proprietate legata à municipibus.

67. *Idem lib. 19 Quæstionum.*

Unum ex familia, propter fideicommissum à se cum moreretur relictum, heres eligere debet: ei, quem elegit frustra testamento suo legat, quod posteaquam electus est, ex alio testamento petere potest. Utrum ergo non constituit, quod datur, quasi creditori relictum: an, quando potest mutari voluntas, non recte creditori comparabitur? Sive tamen durat electio, fuisse videtur creditor; sive mutetur, ex neutro testamento petitio competit.

De re relicta illi ex familia quem heres cum moreretur elegerit.

§. 1. Si Falcidia quærat: perinde omnia servabuntur, ac si nominatim ei, qui postea electus est, primo testamento fideicommissum relictum fuisset. Non enim facultas necessariæ electionis, propriæ liberalitatis beneficium est. Quid est enim quod de suo videtur reliquisse, qui quod relinquit omnimodò reddere debuit?

§. 2. Itaque, si cum fortè tres ex familia essent ejus, qui fideicommissum relinquit, eodem vel dispari gradu: satis erit

uni reliquisse : nam postquam paritum est voluntati, cæteri conditione deficiunt.

§. 3. Sed si, uno ex familia herede instituto, ille fundus extraneo relictus est : perinde fideicommissum ex illo testamento petetur, ac si nemo de familia heredi heres extitisset. Verùm is qui heres scriptus est, ratione doli exceptionis cæteris fideicommissum petentibus facere partem intelligitur : nam quæ ratio cæteros admittit, eadem tacitam inducit pensionem.

§. 4. Si duos de familia non æquis portionibus heredes scripserit, et partem (fortè quartam) extero ejusdem fundi legaverit : pro his quidem portionibus, quas jure hereditario retinent, fideicommissum non petetur ; non magis, quàm si alteri fundum prælegasset : pro altera verò parte, quæ in exterum collata est, virilem, qui sunt de familia petent ; admissa propter heredes virilium portionum pensionem.

§. 5. Sed et si fundum heres uni ex familia reliquerit, ejusque fidei commiserit, ut eum extero restituat : quæsitum est, an hoc fideicommissum peti possit ? Dixi ita demùm peti posse, si præterea tantundem ei relictum esset, quod fundi pretium efficeret. Sed si quidem ille prior testator ita fideicommissum reliquisset, rogo fundum cui voles, aut quibus voles ex familia, relinquantur : rem in expedito fore. Quòd si talia verba fuissent, peto non

l'héritier remette le fidéicommiss à l'un d'eux ; parce que, dès qu'il aura à cet égard satisfait à la volonté du testateur, les autres sont exclus du fidéicommiss qui avoit pour condition le choix de l'héritier.

3. Mais si l'héritier choisissoit un des parens de la famille du testateur pour son héritier, et léguoit à un étranger le fonds qu'il étoit chargé par fidéicommiss de remettre à l'un d'eux, les parens de la famille du testateur pourroient néanmoins demander le fidéicommiss comme si l'un d'eux n'eût point été institué par l'héritier. Cependant, celui d'entre eux qui aura été institué par l'héritier, et contre qui les autres dirigeront leur demande, leur opposera l'exception de la mauvaise foi, s'ils veulent avoir à eux seuls tout le fonds : moyennant quoi, il ne le leur donnera qu'en partie, et en gardera une partie pour lui ; parce que la même raison qui appelle les autres aux fidéicommiss, le met dans le cas de retenir sur ce fonds une portion par forme de compensation.

4. Si on suppose que ce même héritier institué pour ses héritiers deux parens de la famille du testateur, chacun pour des portions inégales, et lègue à un étranger une partie du fonds sujet au fidéicommiss, par exemple le quart, les parens de la famille ne pourront point demander dans le fidéicommiss les portions qui appartiennent à titre d'héritiers à ceux qui ont été institués ; pas plus que s'il eût légué ce fonds par préciput à un de ceux qui sont institués. Mais, quant à la portion léguée à un étranger, tous les parens de la famille (héritiers ou non) revendiqueront sur cette portion des parties égales ; et par rapport à ceux qui sont institués héritiers, ils opposeront aux autres parens la compensation, afin d'avoir aussi dans cette portion des parts égales à celles des autres.

5. Cependant, si l'héritier chargé de remettre le fonds à un parent du testateur le lui laisse en effet, mais à la charge de le faire passer à un homme étranger à la famille, on a demandé si le fidéicommiss étoit par là ouvert au profit de tous les parens du testateur ? J'ai répondu qu'ils ne pouvoient former la demande de ce fidéicommiss, qu'autant que l'étranger auroit fourni de son côté une somme égale à la valeur du fonds. Il n'y auroit point de difficulté si le premier testa-

teur qui a chargé quelqu'un d'un fidéicommiss envers un de ses parens, s'étoit simplement servi de cette formule : Mon héritier laissera tel fonds à celui ou à ceux de mes parens qu'il lui plaira choisir. Mais s'il s'étoit servi de ces termes : Je ne veux pas que tel fonds sorte de ma famille, les héritiers de l'héritier qui auroit disposé de ce fonds au profit d'un étranger se trouveroient à cet égard obligés envers les parens de la famille du premier testateur ; et ces parens auroient droit de former la demande du fidéicommiss, après la mort toutefois de celui de la famille sur qui seroit tombé le choix de l'héritier.

6. Ainsi, si l'héritier avoit en ce cas choisi un des parens de la famille sans le charger de remettre le fonds à un étranger, celui qui aura été choisi par l'héritier ne pourra se faire délivrer son fidéicommiss qu'en offrant de donner caution qu'il rendra ce fonds à la famille, dans le cas où, lors de sa mort, il se trouveroit n'être plus effectivement dans la famille.

7. Je prie mon héritier de remettre à sa mort tel fonds à tel de mes affranchis qu'il lui plaira choisir. Si on s'attache à la signification des termes, le choix appartient à l'héritier, et aucun des affranchis ne pourra former la demande du fonds tant qu'un autre sera dans le cas de lui être préféré. Mais si l'héritier vient à mourir sans avoir fait de choix, le fidéicommiss est ouvert au profit de tous les affranchis, qui peuvent tous en former la demande. Ainsi il arrivera dans ce cas une chose assez singulière, c'est que le fidéicommiss laissé à un de plusieurs affranchis ne pourra pas être demandé par un seul d'entre eux tant qu'il y en aura plusieurs ; néanmoins tous les affranchis pourront former ensemble la demande de ce fidéicommiss, quoiqu'il ne leur ait pas été laissé à eux tous ; et il n'y aura qu'un seul cas où un seul des affranchis pourra demander le fidéicommiss, c'est s'il n'en reste qu'un lors de la mort de l'héritier qui en étoit chargé.

8. Si, après vous avoir institué pour mon héritier, je fais un legs à Titius d'une chose qui vous appartient, et que je croyois être à moi, on ne pourra pas appliquer à cette espèce la décision de Nératius-Priscus, ni la disposition de l'ordonnance, qui porte que

fundus de familia exeat : heredis heredes propter sequens fideicommissum, quod in exterum collatum est, oneratum intelligi : petituris deinceps cæteris ex primo testamento fideicommissum, post mortem videlicet ejus, qui primò electus est.

§. 6. Et idèd, si electo uno, fideicommissum in exterum non conferatur, non aliàs ei, qui electus est, fideicommissum præstandum erit, quàm interpositis cautionibus, *fundum, cum morietur, si non in familia cum effectu relinqueretur, restitui.*

§. 7. *Rogo fundum, cum morieris, restituas ex libertis cui voles.* Quod ad verba attinet, ipsius erit electio : nec petere quisquam poterit, quandiù præferri alius potest defuncto eo, priùs quàm eligat, petent omnes. Itaque eveniet, ut quod uni datum est, vivis pluribus unus petere non possit : sed omnes petant, quod non omnibus datum est : et ita demum petere possit unus, si solus moriente eo superfuisset.

§. 8. Si rem tuam, quam existimabam meam, te herede instituto, Titio legem : non est Neratii Prisci sententiæ, nec constitutioni locus : qua cavetur, non cogendum præstare legatum heredem. Nam succursum est heredibus, ne cogentur

Si testator rem heredis quasi suam legaverit.

redimere, quod testator suum existimans reliquit. Sunt enim magis in legandis suis rebus, quàm in alienis comparandis, et onerandis heredibus faciliores voluntates: quod in hac specie non evenit, cum dominium rei sit apud heredem.

De verbis omis-
sis.

§. 9. Si omissa fideicommissi verba sunt, et cætera quæ leguntur, cum his quæ scribi debuerant, congruant: rectè datum, et minus scriptum, exemplo institutionis, legatorumque intelligitur. Quam sententiam optimus quoque imperator noster Severus secutus est.

Si testator ca-
vit, non dubitare
se uxorem liberis
suis reddituram.

§. 10. Item Marcus imperator rescripsit, verba quibus testator ita cave-
rat, *non dubitare se, quodcumque uxor
ejus cepisset, liberis suis reddituram*,
pro fideicommisso accipienda. Quod res-
criptum summam habet utilitatem: ne
scilicet honor bene transacti matrimonii,
fides etiam communium liberorum deci-
piat patrem, qui meliùs de matre præ-
sumpserat. Et ideò princeps providentis-
simus et juris religiosissimus, cum fidei-
commissi verba cessare animadverteret,
eum sermonem pro fideicommisso res-
cripsit accipiendum.

68. Paulus lib. 11 Quæstionum.

Sequens quæstio est, an etiam, quæ
vivus per donationem in uxorem contulit,
in fideicommissi petitionem veniant? Res-
pondi, ea extra causam bonorum de-
functi computari debere, et propterea
fideicommisso non contineri: quia ea
habitura esset etiam alio herede existente.
Planè nominatim maritus uxoris fidei
committere potest, ut et ea restituat.

L'héritier ne peut être forcé à payer un legs de la chose d'autrui que le testateur a cru être à lui. En effet, l'esprit de l'ordonnance a été de venir au secours des héritiers, afin qu'ils ne fussent pas obligés d'acheter de leurs deniers une chose que le testateur n'a légué que parce qu'il a cru en être le propriétaire. Les testateurs sont toujours présumés plus disposés à léguer leurs propres effets qu'à acquérir ceux des autres, et charger leurs héritiers de cette acquisition: ce qui ne peut avoir lieu ici, puisqu'on suppose que l'héritier a lui-même la propriété de la chose léguée.

9. Si le testateur ne s'est point servi des termes qui emportent un fideicommiss, mais qu'on voye par le reste du testament ce qu'il auroit dû écrire à cet égard, le fideicommiss est valable, et le testateur est censé en avoir moins écrit qu'il n'en a pensé: de même qu'on l'observe en matière d'institution d'héritiers et en matière de legs. Ce sentiment a été confirmé par notre empereur Sévère.

10. L'empereur Marc-Aurèle a aussi répondu qu'on devoit regarder comme un véritable fideicommiss ce qu'un testateur avoit laissé en ces termes: Je ne doute pas que ma femme ne rende à ses enfans tout ce qu'elle aura reçu de moi. Et cette décision de l'empereur est très-sage; elle est fondée sur ce qu'un père qui a eu bonne opinion de sa femme, avec laquelle il a bien vécu pendant son mariage, ne fût pas trompé en rendant honneur au lien qui les a joints, et en se fiant sur l'amour qu'elle doit avoir pour des enfans communs. C'est ce qui fait que ce prince très-prudent et très-exact observateur des lois, voyant que le père n'avoit point employé la formule ordinaire des fideicommiss, voulut néanmoins que les termes dont il s'étoit servi emportassent un fideicommiss au profit de ses enfans.

68. Paul au liv. 11 des Questions.

Une question qui naît de la précédente, est celle de savoir si ce que la femme a reçu de son mari par donation doit faire partie du fideicommiss? Je réponds que ce que la femme a reçu de son mari par donation forme un objet distinct et séparé des biens du défunt, et par conséquent ne doit pas faire partie du fideicommiss; parce que la femme l'auroit eu, quand même son mari auroit institué

un autre héritier qu'elle. Il n'y a cependant point de doute que le mari ne puisse charger expressément sa femme par fidéicommiss de rendre aussi à ses enfans ce qu'elle aura reçu de lui de cette manière.

69. *Papinien au liv. 19 des Questions.*

Je prie mon héritier Lucius-Titius de se contenter d'une somme de cent écus d'or. On a décidé que cette formule chargeoit cet héritier d'un fidéicommiss relativement à l'excédant de cette somme. Que faut-il donc décider si un testateur après avoir institué un héritier pour une certaine portion, s'étoit ensuite exprimé ainsi : Je prie mon héritier Lucius-Titius de se contenter pour sa part d'une somme de cent écus d'or ? Les cohéritiers pourront former contre cet héritier partiaire la demande de sa portion, sauf à lui à retenir ou à prélever la somme dont le défunt a voulu qu'il se contentât. Il est assurément plus naturel d'embrasser ce sentiment, que de dire que l'excédant de cette somme formera un fidéicommiss qui pourra être demandé par des personnes dont le testateur n'a pas parlé. Il faudra décider la même chose si le testateur, n'ayant institué qu'un seul héritier, dans le dessein de favoriser celui que la loi appelloit à sa succession, s'est servi de ces termes : Je prie mon héritier de se contenter d'une somme de cent écus d'or pour tous ses droits dans ma succession, qui, suivant l'ordre de la loi, auroit dû passer à mon frère.

1. Lorsqu'un testateur laisse un fonds à son héritier sous la condition qu'il ne sortira pas de la famille ; si ce fonds vient à sortir des mains de l'héritier, non par une aliénation volontaire, mais par une vente forcée faite sur l'héritier, celui qui s'en sera rendu adjudicataire le gardera pendant tout le temps que l'héritier chargé auroit pu le garder si ses biens n'eussent pas été vendus forcément ; mais, après la mort de cet héritier, il ne pourra plus le garder, parce que l'héritier de cet héritier est obligé de le donner à la famille du premier testateur, puisque le fonds est existant.

2. Une mère institue pour son héritier son fils impubère ; elle lui donne un tuteur, et charge ce même tuteur, dans le cas où son fils viendrait à mourir avant l'âge de puberté,

69. *Papinianus lib. 19 Quæstionum.*

Peto Luci Titi, contentus sis centum aureis. Fideicommissum valere placuit : idque rescriptum est. Quid ergo, si cum heredem ex parte instituisset, ita locutus est : *Peto, pro parte tua contentus sis Luci Titi, centum aureis ?* Petere poterunt coheredes partem hereditatis, retinente sive præcipiente, quo contentum esse voluit defunctus. Sine dubio facilius est, hoc probare, quam probari potuit illud : cum ibi fideicommissum petatur ab his, cum quibus testator non est locutus. Idem dicemus, si cum ex asse scripsisset heredem, ejus gratia, qui legitimus heres futurus esset, ita loquatur : *Peto pro hereditate, quam tibi reliqui, quæ ad fratrem meum jure legitimo rediret, contentus sis centum aureis.*

De fideicommissis, contentus sis pro tua parte centum aureis.

§. 1. *Prædium, quod nomine familiæ,* relinquitur, si non voluntaria facta sit alienatio, sed bona heredis veneant, tandiù emptor retinere debet, quandiù debitor haberet bonis non venditis : post mortem ejus non habiturus, quod ex ter heres præstare cogetur.

De alienatione prohibita.

§. 2. *Mater, filio impubere herede instituto, tutorem eidem adscriptis, ejusque fidei commisit, ut, si filius suus intra quatuordecim annos decessisset, restituere*

De fideicommissis tutoris.

ret hereditatem Sempronio. Non idem minus fideicommissum rectè datum intelligi debet, quia tutorem dare mater non potuit. Nam et si pater, non jure factò testamento tutoris fidei commiserit, æquè præstabitur, quemadmodum si jure testamentum factum fuisset. Sufficit enim, ut ab impubere datum fideicommissum videatur ab eo dari, quem is, qui dabat, tutorem dederat, vel etiam tutorem fore arbitratur. Idem in curatore impuberis, vel minoris annis debet probari. Nec interest, tutor rectè datus vivo patre moriatur, vel aliquo privilegio excusetur, vel tutor esse non possit propter ætatem, cui tutor fuerat datus: quibus certè casibus fideicommissum non intercidit, quod à pupillo datum videtur. Hac denique ratione placuit, à tutore, qui nihil accepit, fideicommissum pupillo relinquere non posse: quoniam quod ab eo relinquatur exero, non ipsius proprio, sed pupilli jure debeatur.

de remettre sa succession à Sempronius. Quoique la nomination du tuteur faite par la mère ne soit pas régulière, le fidéicommiss n'en sera pas moins valable. Car si un père avoit nommé un tuteur à son fils dans un testament qui n'auroit pas toutes les conditions requises pour sa validité, et qu'il eût chargé ce même tuteur d'un fidéicommiss, le fidéicommiss seroit dû, comme si le testament eût été bien fait. En effet, pour qu'un impubère soit chargé efficacement d'un fidéicommiss, il suffit que le testateur en charge celui qu'il a nommé pour tuteur, ou qu'il croyoit devoir être le tuteur de son fils. Il en faut dire autant du curateur d'un impubère ou d'un mineur. Peu importe que le tuteur donné légitimement par le père soit mort du vivant même du père, ou qu'il ait été déchargé de la tutelle à cause de quelque privilège dont il jouissoit, ou que l'âge l'ait empêché de pouvoir gérer la tutelle; car, dans tous ces cas, le fidéicommiss ne cesse pas d'être valable, parce que c'est toujours l'impubère qui en est censé chargé. Enfin, la raison qui a fait décider qu'un tuteur nommé dans un testament ne pouvoit pas être chargé par le même testament, où on ne lui auroit fait aucun avantage, d'un fidéicommiss envers son pupille, c'est que toutes les fois qu'un tuteur est chargé d'un fidéicommiss envers un étranger, c'est toujours au nom de son pupille et jamais au sien propre.

De alienatione
extra familiam
prohibita.

§. 3. *Fratre herede instituto petit, ne domus alienaretur, sed ut in familia relinqueretur.* Si non paruerit heres voluntati, sed domum alienaverit, vel exero herede instituto decesserit, omnes fideicommissum petent, qui in familia fuerunt. Quid ergo, si non sint ejusdem gradus? Ita res temperari debet, ut proximus quisque primo loco videatur invitatus: nec tamen idem sequentium causa propter superiores in posterum lædi debet; sed ita proximus quisque admittendus est, si paratus sit cavere, se familiæ domum restitutum. Quod si cautio non fuerit ab eo, qui primo loco admissus est, desiderata: nulla quidem eo nomine nascetur conditio; sed si domus ad exterum quandoque pervenerit, fideicommissi petitio familiæ competit. Cautionem autem ratione doli mali exceptionis puto justè

3. Un frère ayant institué son frère pour héritier, fait une disposition par laquelle il défend que sa maison soit aliénée, voulant qu'elle passe à sa famille. Si, au mépris de cette disposition, le frère héritier vend la maison, ou vient à mourir laissant un héritier qui ne soit pas de la famille, tous les parens de la famille du testateur viendront réclamer le fidéicommiss. Qu'arriveroit-il si tous ces parens n'étoient pas au même degré? On doit regarder ceux qui sont dans le plus proche degré comme les premiers appelés au fidéicommiss. Et néanmoins il ne faut pas préjudicier pour cela au droit que les parens d'un degré ultérieur peuvent avoir au fidéicommiss dans la suite; mais on admettra le plus proche parent au fidéicommiss, aux offres qu'il fera de donner caution de rendre à sa mort la maison à la famille. Si on n'a pas eu soin d'exiger cette caution du plus proche

che parent qui a été le premier appelé au fidéicommiss, on n'aura plus d'action contre lui pour le forcer à la donner; mais les parens de la famille pourront réclamer leur fidéicommiss si la maison vient à passer dans les mains d'un étranger. Je crois cependant qu'on pourroit exiger du parent de la famille à qui on remet la maison caution de ne la point transférer dans des mains étrangères, quand même il ne resteroit plus de parent de la famille d'un degré ultérieur, et cela en lui opposant l'exception tirée de la mauvaise foi qu'il y auroit de sa part à aliéner le fonds contre la disposition du testateur.

4. Si des parens de la famille, il y en a quelques-uns qui en soient sortis depuis par l'émancipation, on peut demander s'ils seront admis comme les autres aux fidéicommiss. Je pense qu'ils pourront justement former leur demande, parce que ces personnes sont comprises dans le terme de parens de la famille dont le testateur s'est servi.

70. *Le même au liv. 20 des Questions.*

L'empereur Antonin a rescrit qu'un légataire qui n'auroit rien touché de son legs ne pourroit pas être forcé à payer le fidéicommiss dont il auroit été chargé, et qu'il suffiroit qu'il cédât au fidéicommissaire ses actions contre l'héritier. Que faudroit-il donc décider si, chargé de rendre son legs non en tout, mais seulement en partie, il y avoit renoncé? Seroit-il obligé de céder ses actions au fidéicommissaire en entier, ou seulement jusqu'à concurrence de la quantité exprimée pour le fidéicommiss? Ce dernier sentiment est plus conforme à la raison. Mais s'il a touché son legs, il ne pourra être forcé à donner au fidéicommissaire plus qu'il aura reçu.

1. Si le testateur charge un légataire à qui il laisse une somme de cent, de donner à un autre le double de cette somme, le fidéicommiss sera réduit au montant du legs; et s'il ne doit être rendu qu'après un certain temps, le fidéicommissaire ne pourra demander, outre le legs, que les intérêts provenus de la somme léguée. Il ne sera pas autorisé à en demander davantage, sous prétexte qu'au moyen de ce que le légataire a touché son legs, il a fait quelque gain considérable dans le commerce, ou qu'il a évité une peine qu'il étoit sur le point d'encourir,

Tomé IV.

justè desiderari : quamvis nemo alius ulterior ex familia supersit.

§. 4. Si quidam sint postea emancipati, tractari potest, an hi quoque rectè fideicommissum petant? Et puto, rectè petituros : quoniam familiæ appellatione personæ quoque hæ demonstratæ intelliguntur.

70. *Idem lib. 20 Quæstionum.*

Imperator Antoninus rescripsit, legatarium, si nihil ex legato accepit, ei cui debet fideicommissum, actionibus suis posse cedere, nec id cogendum solvere. Quid ergo, si non totum, sed partem legati relictæ restituere rogatus, abstinuit eo? Utrum actionibus suis in totum cogetur cedere, an verò non nisi ad eam quantitatem, quæ fideicommissis continetur? Quod ratio suadet. Sed et si legatum perceperit, non amplius ex causa fideicommissi cogendus erit solvere, quàm recepit.

De legatario rogato restituere totum, vel partem,

§. 1. Si centum legatis duplum restituere rogatus sit, ad summam legati videbitur constituisse. Si autem post tempus fideicommissum relictum sit, usurarum duntaxat additamentum admittetur. Nec mutanda sententia erit, quòd forlè legato percepto magnum emolumentum ex aliquo negotio consecutus est, aut pœnam stipulationis imminuentem evasit. Hæc ita, si quantitas cum quantitate conferatur. Enimverò si pecunia accepta, rogatus sit rem propriam, quanquam majoris pretii est, restituere : non est audiendus legata-

Vel duplum ejus, quod accepit.

rius, legato præcepto, si velit computare: non enim æquitas hoc probare patitur, si quod legatorum nomine percepit, legatarius offerat.

De herede jussio
heredem facere.

§. 2. Cùm quidam filio suo ex parte herede instituto, patrum ejus cohæredem ei dedisset, et ab eo petisset, *ut filium suum pro virili portione filii suis cohæredem faceret*: si quidem minus esset in virili portione, quàm fratris hereditas habuit, nihil amplius peti posse; quòd si plus, etiam fructuum, quos patruus percepit, vel cùm percipere potuerit, dolo non cepit, habendam esse rationem, responsum est: non secus, quàm si centum milibus legatis, rogetur, post tempus majorem quantitatem restituere.

De jussio restituere quicquid
ex hereditate suscepserit.

§. 3. Cùm autem rogatus, *quidquid ex hereditate supererit, post mortem suam restituere*, de pretio rerum venditarum alias comparat, deminuisse, quæ vendidit, non videtur.

71. *Idem lib. 8 Responsorum.*

Sed quod inde comparatum est, vice permutati dominii restituetur.

72. *Idem lib. 20 Quæstionum.*

Idem servandum erit, et si proprios creditores ex ea pecunia dimiserit: non enim absumitur, quod in corpore patrimonii retinetur.

faute par lui de remplir une obligation qu'il avoit contractée, et à laquelle il n'auroit pu faire honneur s'il n'eût point touché son legs. Tout ceci doit s'entendre du cas où le legs et le fidéicommissaire ont également pour objet une certaine quantité. Car si le testateur lègue à quelqu'un une somme, et le charge de donner à un autre un effet à lui appartenant, quoique de plus grande valeur, le légataire, après avoir touché son legs, ne seroit point admis à vouloir retenir sur cet effet ce dont il excéderoit la valeur de son legs: car il seroit contre l'équité qu'on l'admit en ce cas à offrir au fidéicommissaire ce qu'il auroit touché à cet égard.

2. Un testateur a institué son fils héritier en partie, et lui a donné pour cohéritier son oncle, en priant ce dernier d'appeler son fils à sa succession par égale portion avec ses autres enfans. Si cette portion est moins considérable que la moitié que l'oncle a eue dans le testament de son frère, le fils ne pourra rien demander au delà de cette portion; mais si elle étoit plus considérable, le fils pourroit demander même au delà de la somme que son oncle auroit touchée, parce qu'on auroit égard aux fruits que l'oncle auroit touchés ou pu et dû toucher: comme on a dit qu'on devoit l'observer dans le cas où un légataire à qui le testateur auroit laissé cent mille écus, seroit chargé de rendre à un autre une somme plus considérable après un certain temps.

3. Lorsque celui qui est chargé de remettre à un autre tout ce qui lui restera à sa mort d'une succession qu'on lui a laissée, vend les effets de cette succession, et en acquiert d'autres avec les deniers qui ont résultés du prix, il n'est point censé avoir diminué cette succession par la vente des effets qui la composoient.

71. *Le même au liv. 8 des Réponses.*

En sorte qu'on doit remettre ces effets achetés avec le prix des premiers, comme s'il n'y avoit eu qu'un simple échange de domaine.

72. *Le même au liv. 20 des Questions.*

Il en sera de même si cet héritier a payé ses propres créanciers de l'argent de la succession: car on ne peut pas regarder comme dissipé et consommé ce qui reste toujours dans les biens.

73. *Le même au liv. 23 des Questions.*

Un testateur m'a légué l'enfant qui naîtroit de l'esclave Pamphile. J'ai acheté cette même esclave, et elle est accouchée chez moi d'un enfant. On a décidé avec raison que cet enfant ne devoit pas être censé m'appartenir à titre lucratif; en sorte que je puis en former la demande contre l'héritier du testateur qui me l'a légué, comme si je l'eusse véritablement acheté: de manière que, contribution faite du prix total que j'ai donné pour la mère et pour l'enfant, je pourrai demander à cet héritier ce que le juge qui doit prendre connoissance du legs estimera que cet enfant m'a coûté, déduction faite sur le prix total de la valeur de la mère.

74. *Le même au liv. 27 des Questions.*

Un testateur a fait un legs en cette manière: Mon héritier paiera sur le champ à Titius cent écus d'or. Ensuite il a éloigné le terme où ce paiement devoit se faire. Il n'est pas vrai, comme le rapporte Alfénius, que la somme doit être payée sur le champ; parce que le paiement qu'en doit faire l'héritier a un terme fixe.

75. *Le même au liv. 6 des Réponses.*

Un militaire a écrit une lettre à sa sœur, qu'il lui a recommandé de n'ouvrir qu'après sa mort; elle étoit conçue en ces termes: Je veux vous instruire que je vous donne quatre-vingts écus d'or. On a décidé que le fidéicommiss étoit dû à la sœur, et qu'il ne falloir chercher d'autres preuves d'un fidéicommiss laissé par qui que ce soit. Car il est certain que le fidéicommiss est valable, quoique le défunt ait adressé la parole à celui qu'il chargeoit du fidéicommiss, et non à celui à qui il le laissoit, c'est-à-dire, quoiqu'il se soit servi de paroles précaires et non directes.

1. Un héritier institué en partie, et à qui le testateur avoit en outre légué quelques effets par préciput, est mort avant d'avoir accepté la succession, mais après l'ouverture des legs qui lui avoient été faits. On a décidé que la portion pour laquelle il avoit été institué appartiendroit à ses cohéritiers, qui lui étoient aussi substitués; mais qu'à l'égard de la portion des legs dont les cohéritiers étoient chargés envers lui, elle devoit passer à ses propres héritiers.

73. *Idem lib. 23 Quæstionum.*

Si quod ex Pamphila nascetur, legatum mihi fuerit, et ego Pamphilam emam, eaque apud me sit enixa: ratione summa responsum est, non ex causa lucrativa partum intelligi meum factum: ideòque petendum ex testamento, tanquam istum emissem: ut scilicet pretii contributione facta, consequar tantum, quanti puerum, deducta matris æstimatione, constitisse mihi, iudex in causa legati datus æstimaverit.

De matre partus legati emptæ.

74. *Idem lib. 27 Quæstionum.*

Titio centum aureos heres præsens dato. Deinde protulit diem legatorum. Non est verum, quod Alfénius retulit, centum præsentibus deberi: quia diem proprium habuerunt.

De prolatione diei.

75. *Idem lib. 6 Responsorum.*

Miles ad sororem epistolam, quam post mortem suam aperiri mandavit, talem scripsit: Scire te volo, donare me tibi aureos octingentos. Fideicommissum deberi sorori constitit: nec aliud probandum in cujuslibet suprema voluntate. Placet enim consistere fideicommissum, ac si defunctus cum eo loquatur, quem precario remuneratur.

De epistola.

§. 1. Pro parte heres institutus, cui præceptiones erant relicte, post diem legatorum cedentem, ante aditam hereditatem vita decessit. Partem hereditatis ad coheredes substitutos pertinere placuit; præceptionum autem portiones, quæ pro parte coheredum constituerunt, ad heredes ejus transmitti.

De legato præceptionum.

76. *Idem lib. 7 Responsorum.*

De testamento
pro parte rescisso
per querelam
inofficiosi.

Cùm filius divisis tribunalibus actionem inofficiosi testamenti matris pertulisset, atque ita variæ sententiæ judicium extitissent : heredem, qui filium vicerat, pro partibus, quas alius coheredibus abstulit filius, non habiturum præceptiones sibi datas, non magis quàm cæteros legatarios actiones, constitit; sed libertates ex testamento competere placuit, cùm pro parte filius de testamento matris litigasset. Quod non erit trahendum ad servitutes, quæ pro parte minui non possunt. Planè petetur integra servitus ab eo, qui filium vicit: partis autem æstimatio præstituitur; aut, si paratus erit filius pretio accepto servitutum præbere, doli summovebitur exceptione legatarius, si non offerat partis æstimationem: exemplo scilicet legis Falcidiæ.

76. *Le même au liv. 7 des Réponses.*

Un fils a attaqué comme inofficieux le testament de sa mère devant différens comités de centumvirs; il a gagné contre quelques héritiers d'un côté, et perdu ailleurs contre un autre. L'héritier qui l'aura emporté sur le fils, et qui aura fait rompre le testament en partie, ne pourra pas prendre dans la succession les prélegs qui lui auront été faits, au moins pour les portions que le fils aura gagnées sur les autres cohéritiers; de même que les autres légataires ne conserveroient pas leurs actions contre le fils. Mais cependant les libertés léguées dans le testament doivent être acquittées, lorsque le fils a fait casser en partie le testament inofficieux fait par sa mère. Il n'en seroit pas de même du legs des servitutes, parce qu'elles ne peuvent pas être fournies en partie. Ainsi, dans ce cas, le légataire de la servitude la demandera en entier à l'héritier qui a gagné sur le fils. Mais cet héritier ne sera obligé qu'à lui payer la valeur de la partie qu'il doit de la servitude; ou si le fils offre de fournir la servitude entière, pourvu qu'on lui paye le prix des portions qui lui appartiennent dans cette servitude, le légataire qui refuseroit de payer ces portions seroit débouté de sa demande par une fin de non-recevoir tirée de sa mauvaise foi: de même qu'on l'observeroit par rapport à un légataire qui refuseroit de souffrir la diminution de son legs causée par la loi Falcidia.

De hereditate
legata.

§. 1. *Lucio Sempronio lego omnem hereditatem Publii Mævii.* Sempronius ea demùm onera suscipiet, quæ Mævianæ hereditatis fuerunt, et in diem mortis ejus, qui heres Mævii extitit, perseveraverunt: sicut vice mutua præstabuntur actiones, quæ præstari potuerunt.

1. Je lègue à Lucius-Sempronius toute la succession de Publius-Mævius. Sempronius ne sera tenu que des charges auxquelles la succession de Mævius étoit soumise, et qui ont continué jusqu'à la mort du testateur qui étoit héritier de Mævius; de même que réciproquement, l'héritier du testateur ne lui abandonnera que les actions qui se trouveront pouvoir être abandonnées dans le même temps.

De usufructu,
et servitutibus
rei legatae.

§. 2. *Dominus, herede fructuario scripto, fundum sub conditione legavit.* Voluntatis ratio non patitur, ut heres ex causa fructus emolumentum retineat. Diversum in cæteris prædiorum servitutibus, quas heres habuit, responsum est: quoniam fructus portionis instar obtinet.

2. Le propriétaire d'un fonds dont l'usufruit appartenoit à un autre, a institué pour son héritier l'usufruitier lui-même, et a légué à quelqu'un le fonds sous condition. La condition du legs venant à arriver, il ne paroît pas juste, ni conforme à la volonté du testateur, que l'héritier puisse retenir l'usufruit, en ne cédant que la propriété nue au légataire. Il n'en seroit pas de même par rapport aux au-

tres droits de servitudes que l'héritier auroit pu avoir sur les fonds de la succession ; il pourroit les conserver : la raison de la différence vient de ce que l'usufruit est regardé comme une portion de la propriété.

3. Mon héritier donnera à Titus ce qui m'est dû par le testament de Sempronius. Le testateur, qui étoit aussi légataire de Sempronius, s'étoit arrangé avec l'héritier de ce dernier, et avoit changé son obligation en une nouvelle, en sorte qu'il ne lui étoit plus dû de legs en vertu du testament de Sempronius. On a décidé que la fausse désignation faite par le testateur ne pouvoit pas nuire au légataire, et qu'on ne devoit pas regarder absolument comme faux ce qui étoit vrai dans l'origine.

4. Un esclave affranchi sans aucune condition, mais qui cependant ne peut pas parvenir à la liberté immédiatement après l'acceptation de la succession, parce que son état se trouve suspendu par quelque cause étrangère, et par quelque empêchement de droit, par exemple, parce que sa maîtresse étant accusée d'adultère avec lui il est obligé d'attendre la décision de cette contestation, ne peut point espérer de toucher les legs ou les fidéicommiss qui lui auroient été laissés purement et sans condition dans le même testament ; parce qu'étant encore esclave au moment où ces legs commencent à être dus, ils deviennent caducs.

5. Un père ayant institué sa fille pour moitié, lui adressa ces mots dans son testament : Ma fille, je vous demande que lors de votre mort, quand même vous auriez d'autres enfans que mon petit-fils Sempronius, vous lui laissiez cependant une portion plus avantageuse, par honneur pour mon nom qu'il porte. Cette formule paroît mettre la fille dans la nécessité de donner d'abord à tous ses fils des portions égales ; mais la fille a le choix de fixer la portion qu'elle laissera à un des fils, qui au désir du testateur, doit être plus considérable que celle des autres.

6. Une mère a nommé irrégulièrement un tuteur à son fils, et lui a fait un legs. Si ce tuteur consent à être confirmé par le préteur, et que celui-ci ne le trouve pas bon, il n'en sera pas moins admis à demander son legs.

§. 3. *Heres meus Titio dato, quod ex testamento Sempronii debetur mihi.* Cùm jure novationis, quam legatarius, idemque testator antè facerat, legatum ex testamento non debeatur : placuit falsam demonstrationem legatario non obesse ; nec in totum falsum videri, quod veritatis primordio adjuvaretur.

De eo, quod quis debet, legato.

§. 4. Servus purè manumissus, cui libertas propter impedimentum juris post aditam hereditatem non competit, quòd status ejus extrinsecus suspenditur, fortè propter adulterii quæstionem, ex eodem testamento neque legata, neque fideicommissa purè data sperare potest : quia dies inutiliter cedit.

Si status servi, cui legatum est, extrinsecus suspendatur.

§. 5. *Pater cum filia pro semisse herede instituta, sic testamento locutus fuerat : Peto, cùm morieris, licet alios quoque filios susceperis, Sempronio nepoti meo plus tribuas in honorem nominis mei.* Necessitas quidem restituendi nepotibus viriles partes præcedere videbatur ; sed moderandæ portionis, quam majorem in unius nepotis personam conferri voluit, arbitrium filæ datum.

De jussu plus restituere uni, quàm alii.

§. 6. Non jure tutori dato mater legavit. Si consentiat, ut decreto prætoris confirmetur, et prætor non idoneum existimet, actio legati non denegabitur.

Si tutori non jure dato legetur.

De Muciana
cautione.

§. 7. Qui Mucianam cautionem, alicujus non faciendi causa, interposuit: si postea fecerit, fructus quoque legatorum, quos principio promitti necesse est, restituere debet.

De variis ac-
tionibus legato-
rum.

§. 8. Variis actionibus legatorum simul legatarius uti non potest: quia legatum datum, in partes dividi non potest. Non enim ea mente datum est legatariis, pluribus actionibus uti; sed ut laxior eis agendi facultas sit ex una interim, quæ fuerat electa, legatum petere.

De memoria
testatoris dam-
nata.

§. 9. Repetendorum legatorum facultas ex eo testamento solutorum danda est, quod irritum esse post defuncti memoriam damnatam apparuit: modò si jam legatis solutis crimen perduellionis illatum est.

77. *Idem lib. 8 Responsorum.*

De hereditate,
prædii, et pecu-
nia acceptis res-
tituenda.

Cum pater filios, eorumque matrem heredes instituisset, ita scripsit: *Peto à te filia, ut acceptis ex hereditate mea in portionem tuam centum aureis, et prædio Tusculano, partem hereditatis restituas matri tuæ.* Respondi, prædium quidem hereditarium judicio divisionis de communi filiam habituram: pecuniam autem de parte sua retenturam.

De donatione
causa mortis.

§. 1. Eorum, quibus mortis causa donatum est, fidei committi quoque tempore potest: quòd fideicommissum heredes salva Falcidiæ ratione, quam in his quoque donationibus exemplo legatorum locum habere placuit, præstabant. Si pars donationis fideicommissio teneatur, fideicommissum quoque munere Falcidiæ fungetur. Si tamen alimenta præstari voluit, collationis totum onus in residuo donationis esse respondendum erit ex defuncti voluntate, qui de majore pecunia præstari non dubiè voluit integra.

7. Quelqu'un a touché un legs en donnant la caution Mucienne, pour assurer qu'il ne feroit pas une chose que le testateur lui avoit défendue; s'il vient ensuite à la faire, il est obligé de rendre les fruits qu'il a touchés de son legs, et dont il a dû d'abord promettre la restitution.

8. Un légataire ne peut pas se servir de plusieurs actions différentes pour demander son legs; parce qu'un legs ne peut pas se diviser en plusieurs parties. Et en effet ce n'est pas dans cette intention qu'on a accordé aux légataires plusieurs actions pour demander leur legs; on a eu simplement en vue de leur rendre plus facile la faculté de former leur demande: de manière qu'ils pussent choisir entre ces différentes actions celle qui leur plairoit davantage, et n'exercer à la fois que celle qu'ils auroient choisie.

9. Les legs payés en vertu d'un testament qui depuis a été déclaré nul, la mémoire du défunt ayant été condamnée, peuvent être repris sur le légataire, sur-tout si les legs étant payés, le défunt a été condamné pour crime de trahison.

77. *Le même au liv. 8 des Réponses.*

Un père ayant institué pour ses héritiers ses enfans et sa femme, a fait la disposition suivante: Ma fille, je vous prie de vous contenter pour votre portion d'une somme de cent écus d'or, et du fonds Tusculan, et de remettre votre part à votre mère. J'ai répondu que la fille prendroit le fonds Tusculan sur la masse de la succession lorsqu'elle seroit partagée, et qu'à l'égard de la somme d'argent elle la retiendroit sur sa portion héréditaire.

1. On peut charger d'un fideicommiss pour tel temps qu'on voudra ceux à qui on a fait une donation à cause de mort; les héritiers fourniront ce fideicommiss en retenant la Falcidie, qui, à l'exemple des legs, a lieu aussi dans la donation à cause de mort. S'il n'y a qu'une partie de la donation chargée du fideicommiss, ce fideicommiss sera encore soumis à la déduction de la loi Falcidia. Si cependant le testateur avoit chargé le donataire de fournir à quelqu'un des alimens, il faudroit décider, conformément à la volonté du testateur, que toutes les charges de la Falcidie doivent tomber sur ce qui reste de la donation, après les alimens fournis; parce qu'il

n'y a pas de doute que le donateur a laissé exprès une somme plus considérable pour que les alimens fussent fournis en entier.

2. Une femme voulant faire une donation à cause de mort à ses enfans nés hors d'un légitime mariage, leur permet de se faire promettre par son mari la restitution de la dot qu'elle lui avoit apportée. Ensuite elle a fait un testament dans lequel elle a institué des héritiers, et a chargé ses enfans de rendre la dot à son mari. On a décidé que le fidéicommiss qui avoit pour objet la dot étoit dû en entier au mari, dans le cas où la loi Falcidia n'auroit pas lieu; moyennant quoi le mari pourra retenir la dot par ses mains. Si au contraire les fils sont admis à demander la dot en exécution de la promesse qui leur en a été faite par le mari, les héritiers de la femme pourront agir contre eux par une action expositive du fait, pour se faire payer sur la dot la part qui leur revient pour la Falcidie.

3. On peut charger utilement un sourd et un muet à qui on laisse un legs, de rendre à sa mort ce legs à un autre. Car on peut être chargé d'un fidéicommiss même à son insu, lorsqu'on peut recevoir quelque chose par testament sans avoir connoissance de la libéralité du testateur.

